

ad pauciora restricta, poterit reflexe intendere suum effectum; quare antec. est verum, si utrobique sit terminus de actione directa...

43. Secundum, Luna est, quae immediate illuminat terram, & tamen haec illuminatio est reflexio luminis solaris, ergo per reflexionem oblatum agit, non primum agens, aliter Sol in nocte dicitur illuminare terram, non Luna.

Reip. ad 1. ex dictis disp. 2. de Caelo nu. 167. & seq. illuminationem Lunae non esse proprie reflexionem radii solaris, non enim conficitur Sol in Luna, ut fit in speculo...

QUESTIO III.

Ad omne agens repatiatur in agendo.

44. Reactio est retributa actio, scilicet quod cum agens agit in passum, hoc vertitur in illud reagendo, sicut & repatio est quaedam reciproca passio.

45. Advertendum etiam hanc reactionem posse multipliciter accidere, nam primo potest esse quod passum agit in agens secundum eandem partem, secundum quam agens agit, vel secundum diversam.

46. Rursum not. quod haec reactio nequit fieri in generatione, si enim agens agit in passum actione generativa, nequit passum reagere in agens, quia tunc non amplius est passum, sed destruitur, quia generatio unius est corruptio alterius...

47. Dicendum est in motu alterationis, cum omnes afigmatæ conditiones interveniunt, fieri reactionem secundum eandem partem, & contrarietatem, similiter in motu locali quandoque adesse in aliquo...

sensu reactionem. Est communis, & docetur à Sent. 1. d. 17. q. 3. arguendo contra Gouf. & d. 1. 5. & d. 19. & d. 4. 14. q. 1. D. & prob. ex Arist. 1. de gen. 3. & seq. 3. Phil. & c. 17. & c. 14. 4. de gen. an. c. 1. ubi docet omne agens à passu repati, ut quod fecit, habeatur ab eo, quod fecerat, quod pellit, pellitur, quod calefacit, refrigeratur. Prob. etiam experientis in alteratione; Aqua frigida calidæ superfusa refrigerat, & calefit, unde tota aqua evadit tepida. Ferrum ignitum iniectum aquae frigidae frigescit ab aqua, etiam secundum partes solidas, & aqua calefit. Manus calida tangens frigidum calefacit illum, & ab illo refrigeratur. Glacies apprehensa manu calida tota colligitur, & simul frigescit illum, & aliae experientiae similes solent adduci, in quibus apparet reactionem fieri secundum eandem contrarietatem, & eandem partem, nec per accidens, sed per se, nam praecipue aqua calida, & frigida in humiditate conveniunt. Accedit ratio, quia non posset aliter fieri mixtio, quia in mixtione debent elementa inter se temperari secundum qualitates, quod fieri nequit, nisi ad invicem agant, & patiatur. Tum quia agens naturale debet approximatum, nec impeditum agit, sed quando calidum, & frigidum approximatur, quodlibet respectu alterius est agens non impeditum, quia quodlibet habet activitatem excedentem resistenciam formalem alterius ex dictis q. 1. art. 1. ergo, & c. Per quod patet sine fundamento quoddam apud Mar. 1. de gen. q. 19. recurrere ad Caelorum influentias, quibus ab aliis contrariam in agente introduci, nam cum in his inferioribus adit sufficiens agens illius qualitatis scilicet frigiditatis in ferventi aqua, quod erit aqua frigida admixta, non est necesse ad universale agens confluere.

48. In motu locali dicitur mutua quaedam reactio, nam dicitur phialae vitreae, si invicem collidantur, ambae franguntur; gladium percutiens alium terit, & teritur, & alia huiusmodi exempla possunt adduci. Hoc autem non est intelligendum, quod intervenit in his casibus vera, & rigorosa reactio, nam motus localis non est rigorosa actio, sicut est alteratio; nec interveniunt contrariae qualitates, solum concurrunt impetus impressus, & durities modo explicato in lib. de Caelo disp. 3. q. 5. durities autem non est actio, nec unus impulsus proprie alteri contrariatur. Neque talis reactio, qualescunque sit, necessaria in omni locali motu reperiri debet; Caelum enim fecit rapit ignem; non tamen ab igne, repatiatur; & si ignis grave descendens deorsum occurreret plumae, vel alteri simili, pellendo illam deorsum, non repatiatur. Neque dicas falsum ab alio moveri, quod est pati; vel quod mobile resistit, unde non movetur tam velociter, aut longius, sicut movetur, tunc non resistit, vel tandem, quod omne movens movendo defatigatur, quae defatigatio est quaedam repatio. Non valet etiam, quia reactio fieri debet ab ipso patiente, non ab alio distincto. Nec secundum, quia per reactionem imprimi debet aliquid à passu in agente, tunc motus ipsius mobilis non est in agente. Nec tertium, quia nulla defatigatio est in Caelo movendo ignem circulariter, aut in magno gravæ pellente deorsum plumam; sicut etiam magnes attrahit ferrum, non tamen aliquo pacto repatiatur; Nec juvat, quod ait Aref. magnetem non movere per virtutem sibi inhaerentem, sed à se emissam. Parum refert, quia etiam ignis calefacit aquam per calorem à se diffusum, & tamen repatiatur ab aqua. Nec obstat, quod Arist. citatus videatur universaliter loqui de omni physico motore: Non enim loquitur tantum de motu per reactionem causato, sed vel de illo, ita ut movens simul à mobili moveretur, vel ab aliqua alia causa, & quocunque genere motus; quod sensu nos dicimus omne movens creatum agendo moveri, quatenus aliter se habet nunc, quam prius per relationem illam causat de novo in se receptum, ut in tract. de concursu Dei cum causis secundis fufius dicitur.

49. Contra conclus. arg. 1. ratione Caloratoris; si datur reactio secundum eandem partem, & contrarietatem, sequitur idem moveri motibus contrariis, quod implicat, seq. prob. ponendo calum, sit agens ignis palmaris calidus, ut octo, passum aqua frigida ut octo, solus autem semipalmis ignis agens continetur infra sphaeram activitatis aquae, & consequenter ille tantum repatiatur ab aqua, & dicitur pars repalia, reliquis vero semipalmis nihil patitur, & dicitur pars non repalia, tunc sic arguitur, pars repalia movetur motu frige-factionis ab aqua, propter reactionem, & motu calefactionis à parte non repalia, tum quia pars non repalia est contraria parti repaliae secundum excessum qualitatis, supponitur enim habere calorem ut octo, repalia vero aliquantulum minus; estque debite applicata, nihil enim est magis applicatum, quam pars contraria suæ parti, tum quia agens prius agit in propinquum, quam in remotius, ambo tunc fulcipientia eisdem actionis, ergo si agit pars non repalia in aquam, multo magis in repalam, haec ergo movetur etiam motu calefactionis, ergo movetur simul motibus contrariis: Aliter prob. eadem sequela, sit ignis distans aliquot ab aqua, & intermedium est medium calefactionis ab igne proveniens, est quoque medium frige-factionis cautae ab aqua, ergo movetur contrariis motibus.

Mirum, quantum hoc argum. torquetur Philo-sophos, & quibusdam videtur insolubile, adeo ut propter hanc solum rationem, nisi manifesta repugnare experientia, multi negarent reactionem, quamvis à Zabar. levissimum putetur, & adducere sunt diversissimæ responsiones, quarum principales adhaerent.

50. Prima responsio negat seq. vel quia agens, & reagens non agunt simul in eodem tempore, sed successive unum post aliud, & per motus interpositas, ut ait Paulus Venetus, & alii apud Tolqueum modum approbat Arrig. vel quia non agunt per eandem partem medi, sed

sed diversas ad modum aeris concitati, ut inquit Piccol. lib. de mat. c. 2. At hac respotione destruit reactionem, dum asserit non fieri in eadem parte temporis, vel in diversis partibus medi, quæstio enim est, an dum agens agit, repatiatur simul à passu. Tum quia falsum est agentia ista interpolatae agere, & per morulas, ut dicemus disp. seq. 4. 5. Tum quia si v. g. prius ignis agit in aquam, signum est habere superioritatem supra aquam, sed in tempore sequenti non deperdit ignis aliquam virtutem, nec aqua novam acquirit, imò è conditio ignis agendo maiorem superioritatem habet supra aquam, & ista notus per actionem ignis debilitatur, ergo non poterit in tempore sequenti agere in ignem. Tum quia agens, quando agit in totam sphaeram, continuè agit, non in qualdam solum partem. Tum quia non effect major ratio, cur potius in unam partem, quam in aliam ageret. Tum quia adhuc difficultas urget de parte repalia ipsius agentis, & de superficie continuante partes illas medi, in quibus exercentur actiones contrariae, an scilicet moveatur motibus contrariis.

51. Secunda resp. admittit seq. quod idem simul movetur contrariis motibus, neque hoc implicare, saltem quando qualitates contrariae sunt in pugna, licet nequeant ex se simul in esse quieto; ita P. Faber hinc, vel quando sunt in esse remisso, quomodo non implicat idem simul contrariis motibus moveri, ita Zab. qui addit, quod qualitates illas remissas non esse contrarias, sed habere se ut unam qualitatem medium. Sed quod implicat qualitates contrarias in gradibus intensis tam in esse quieto, quam in pugna naturaliter inesse eidem subiecto, fuse ostendimus disp. praec. qu. 5. Quod autem postulat esse in gradibus remissis, concedimus, attamen argum. probat dato calu idem in gradibus intensis recipere qualitates contrarias, si enim pars ignis repalia, quæ prius erat intensa ut octo, repatiatur ab aqua, amittit gradum v. g. octavam, acquirendo primum gradum frigris, at si pateretur etiam à parte non repalia, acquireret alioquem gradum caloris, qui non erit septimus, hic enim praexillit, ergo erit octavus, ergo idem moveretur ad gradum octavi caloris, & simul ad primum gradum frigris, quod est habere contrarias qualitates in gradibus intensis, ut diximus disp. cit. idem ostendit de medio interjecto, si fuisset ante actiones istas calidus ut 4. & frigidum ut 4. Fallum quoque est, qualitates in esse remisso esse unam qualitatem medium, verè enim retinet proprias entitates specie distinctas, & motus ad illas erit specie distincti, & contrarii, ut ibidem diximus.

52. Tertiò alii resp. non moveri simul contrariis motibus in gradibus intensis, eo quia si medium v. g. haberet quatuor gradus caloris, & frigris intensis, & si applicetur calidum ut lex, & frigidum ut quatuor, utrumque agens, ergo idem moveretur ad gradum octavi caloris, & simul ad primum gradum frigris, quod est habere contrarias qualitates in gradibus intensis, ut diximus disp. cit. idem ostendit de medio interjecto, si fuisset ante actiones istas calidus ut 4. & frigidum ut 4. Fallum quoque est, qualitates in esse remisso esse unam qualitatem medium, verè enim retinet proprias entitates specie distinctas, & motus ad illas erit specie distincti, & contrarii, ut ibidem diximus.

53. Sed contra primum modum dicendi arguitur, quia ponit subiectum à corruptione unius formae tendere ad acquisitionem alterius solo numero distinctæ, scilicet à corruptione unius gradus frigris ad acquisitionem alterius eisdem rationis, quod est falsum, non enim à simili fit transitus ad simile, nam si adesset potentia aliud simile producere, ergo poterit impedire, ne praecedens corruptur, quod facilius est. Tum quia si frigidum applicatum esset ut quatuor, jam non ageret in medium, aliter simile ageret in simile, & tamen adhuc ageret in calidum ut lex, ergo ageret in distans. Dices agere in medium, quia medium per actionem caloris fit dissimile. Contra, ergo prior erit actio calidi dissimilantis medium, quam actio frigris, & sic actio, & reactio non essent simul. Tum quia reactio illa est successiva, & consequenter incipere extrinsecè per ultimum non esse, nunc non est reactio, post immediate erit; at nullum daretur instans, in quo posset hoc verificari, prob. quia omne instans extrinsecè initiativum actionis est tale, ut in illo sit verum dicere, nunc ista duo sunt dissimilia in certo gradu, immediate post non erunt, at in instanti initiatio actionis frigris, ut 4. in medium simile non adesset illa dissimilitudo, imò est similitudo, ergo illud non erit instans initiativum; major prob. quia omnis actio tendit ad assimilandum passum agentis secundum aliquam modum, ergo praesupponit inter illa dissimilitudinem. Neque dicas saltem in aliquo instanti sequenti temporis, in quo adesset dissimilitudo propter alium calidum, incipere extrinsecè reactionem. Non valet, quia non major ratio est, cur potius in uno instanti dicitur incipere, & non in alio, cum in tempore immediate sequenti ad instans initiati-

vum actionis calidi sint infinita instantia, nec fit primum assignabile quini aliud, & aliud praecedat. Tandem calidum, ut lex, potest repati à frigido ut duo; hoc tamen non posset agere in medium frigidum ut quatuor, ergo tunc ageret in distans scilicet in calidum ut lex, quod habent pro inconveniēti.

Contra modum ab Aref. adductum est, quod ponit effectus invidiosos à sua causa conservari vera causalitate, quod esse falsum ostendimus disp. 7. Phyl. q. 2. quia sunt eisdem perfectionis, nec in indistinctis eisdem specie adesse ordo essentialis. Tum quia si calidum ut lex applicaretur frigido ut duo in medio frigido ut quatuor, certè medium evaderet frigidum ut duo, qui duo gradus frigris non conservarentur ab illo frigido, aquè enim permanent, five frigidum esset, five non, ergo ab illo nequeunt in esse dependere, conservatio enim in esse dicit essentialis dependentiam. Tum quia in calido ut lex essent etiam duo gradus frigris, ergo non magis gradus frigris in medio conservarentur à passu frigido ut duo, quam à frigore calidi ut lex.

54. Communior responsio, quam asserunt Pompon. Tol. Conimbr. Ruy. Averfa, & alii, licet non satis, nec eodem modo ab omnibus explicetur, est, negando sequela, idem moveri motibus contrariis in gradibus intensis, & ad primum probat de parte repalia, & respondens hanc partem, dum durat reactio aquae, non calefieri à parte non repalia, quamvis haec agit in aquam, non enim est necesse, ut in omnibus casibus agens prius agit in propinquum, quam in remotius; si propinquus est indifferens. Pro clariori notitia huius resp. not. quod quando agens agit in passum, partes agens internae non transmittunt actionem in passum per partes externas, sed immediate omnes simul attingunt passum per modum unius agentis, sic pars ignis non repalia non agit in aquam media repalia, per quam distans suam actionem, sed ambae immediate per modum unius, propter quod licet pars repalia repatiatur à passu, non impedit, quin pars non repalia agit in aquam, solum est dubium, cur haec non agit prius in partem repalam propinquorem, deinde in aquam, cum repalia fit dissimilis, & magis applicata non repalia, quam aqua. Ad quod dicimus impedimentum esse aquam reagentem, quae in causa est, ut non repalia non agit, etenim cum ignis, & aqua sint debite applicata, agent ad invicem, nisi unum ab altero impeditur, ignis autem nequit impedire, ne aqua in ipsum ignem agat, vel enim impediret per resistenciam formalem caloris partis repaliae, vel per resistenciam activam caloris totius; non primum, quia resistenciam formalem actualis non est sufficiens ad hoc impedire calidum, ut vidimus q. 1. art. 2. Neque 2. quia calor per resistenciam activam dicitur impedire actionem contrarii, in quantum debilitat illius virtutem activam, ita ut eadem proportione impedit, quia debilitat, seu minuit destruendo virtutem contrarii, quare si destruit totaliter, etiam totaliter impedit, si partialiter, taliter quoque impedit; cum igitur pars non repalia, si deberet in repalam agere, hoc deberet efficere impediendo virtutem activam aquae producentem frigus, & hanc non impedit activa resistenciam, nisi paulatim, non enim statim totaliter illam destruit; hinc est quod licet aliquo modo impedit, non tamen omnino, unde necesse est, ut aliquantum ab aqua patiatur, quia ignis etiam agit in aquam. Negamus igitur, partem non repalam prius debere agere in repalam, quam agat in aquam; necurget immediata applicatio propter impedimentum actionis contrarii; neque secundum nos implicat hanc actionem ad alium modo in distans ex dictis disp. 7. Phyl. 4. 4. art. 3. Quod etiam ipse Calculator admittit debet, dum enim concedit dari reactionem, sed non secundum eandem partem, jam admittit partem aliquam sufficienter applicatam agenti, in quam tamen agens non agit.

55. Sed contra hanc responsionem. Inlat. Aref. Tum quia non est perceptibile contraria esse propinqua, & ad invicem non pugnant, cum fit agentia naturalia. Tum quia si pars repalia esset à non repalia seorsum, iam ab aqua vinceretur, sed propter unionem cum non repalia non vincitur, signum evidens non repalam agere, & adjuvare repalam. Tum 3. si pars non repalia posset agere non agendo in repalam posset producere calorem ut octo, abique eo, quod agit in medium quod est falsum. Resp. contraria illa pugnat per resistenciam activam, non enim pars non repalia potest immediate agere in repalam producendo calorem, & expellendo frigus introducendum, nisi prius removet impedimentum, quod est agens contrarium adu agens, removet autem impedimentum debilitando, & minuendo virtutem ipsius, hinc est, quod superato contrario reductio postea partem repalam ad primum statum. Ad 2. concedimus quoque illam destructam fore, si scilicet seorsum, concedimus quoque à non repalia juvari, non quidem per calefactionem in illam, sed in aquam, quia minuit, & debilitat virtutem aquae, unde successu temporis destruitur, & superatur. Ad 3. non esse in convenienti in medio foret aliquid impedimentum, ut fuse ostendimus disp. Phyl. cit.

56. Ad aliam confirm. Calculatoris delumptam à medio interjecto inter agens, & passum, dicitur cum communi, medium vel carere utraque forma ab agente, & reagente producibili, & sic utrumque in illud agit actionibus contrariis secundum quid, scilicet quod ad gradus compossibiles qualitatum, deinde pars medi calefacta uniter calido, cum quo constituit unum agens, & pars medi frigida constituit cum aqua, v. g. unum agens igni contrarium, quod proprie sunt agentia proxima, & immediata, quae est una ex conditionibus requisitis ad reactionem, ut diximus; idem dicendum si medium est in qualitatibus simile agenti, & reagenti, at si excedit qualitatem unius, sic agens dissimile agit in medium producendo intentionem qualitatis proportionatam propriae intentioni, & alii agens cum medio per

per modum unius reagat in illud, ac si essent duo agentia proxima, & immediata; nec valet, quod ait Averla, medium non debere tanquam coagens uniri cum principali agente, sed totam actionem solum ab ipso provenire, non a medio; hoc enim esse fallum ostendimus disp. 7. Phyl. cit. Aliud argumentum Calculatoris, quod late profecit Burlaus adduximus, & solvimus q. 1. art. 2.

7. Secundo, principaliter arguitur contra reactionem. Tum quia sequeretur, quod nunquam agens posset perfecte assimilari sibi passum quia semper debilitaretur, & consequenter non posset reducere passum ad illum gradum quem habebat. Tum 2. idem respectu eisdem esse simul in actu, & in potentia, nobilium, & ignobilium, effectus in actu, & nobilium respectu passu, quia agit in ipsum, esset in potentia, & ignobilium respectu eisdem, quatenus reparatur. Tum 3. potest aliquod agens applicari alicui passu ita parvo, ut nullam reactionem illius habet potentiam agendi, ergo in hoc casu nulla daretur reactio. Tum 4. aqua calefacta nequit agere in frigidam, & tamen interveniunt omnes conditiones assignatae, ergo non semper erit reactio. Antec. prob. frigus agens non solum resistit resistenti formali, sed etiam substantia aque per influxum conservativum resistit. In actu substantia longe majoris virtutis est, quam quolibet accidentis adione fer. Scot. d. 1. q. 3. R. & S. ergo quia actio provenit semper a portione majori inaequalitatis, nequit calor existens in aqua corrumpere frigus alterius aquae. Tum 5. in eo instanti, in quo ignis, & aqua applicantur, habent omnes gradus caloris, & frigiditatis, ut sic enim applicantur, & applicati praesupponuntur actioni, ergo si in illo instanti ad invicem agant, debent amittere aliquid propriae qualitatis, ergo eadem qualitas in eodem instanti esset, quia praesupponitur actioni, & non esset, quia per actionem destrueretur. Tum 6. vel reagens agit per gradus qualitatis, quos deperdit actione contrarii, & hoc non, quia ratio formalis agendi praesupponitur actioni, vel per alios gradus, quos retinet, & neque hoc, quia secundum illos gradus non contrariatur agenti; aliter ab ipso pateretur tum quia iam admitteret reactio non secundum eandem partem, sed secundum diversam. Tandem omne agens magis appetit propriam conservationem, quam destructionem contrarii, ergo si non posset istud destruere, nisi ab ipso pateretur, certe se abstineret ab actione in ipsum, ne deinde reactione ipsius destrueretur.

8. Resp. ad 1. quod loquendo de agente per virtutem connaturali, quando valde superat intentionem passum, poterit perfecte illud sibi assimilare, nam licet reparatur, parte victoria de contrario, & de remota impedimento, redit ad primum statum, & tunc poterit passum totaliter assimilare sibi. Vel dicendum quod quae non esse hoc inconveniens, imo necessarium propter varias operationes exercendas, & generationes per miscibilium mixtionem, quae omnium miscibilium refringuntur vires; quae est una causa finalis, propter quam fuerit a natura instituta reactio. Ad 2. effectus quidem in actu, & potentia nobilium, & ignobilium respectu eisdem, non tamen secundum idem, nam esset in actu, & nobilium per virtutem activam, in potentia, & ignobilium per potentiam receptivam. Dices etiam esset in potentia per virtutem activam, quia secundum ipsam patitur, quatenus per actionem contrarii debilitatur. Resp. proprie aliquid dicitur in potentia, quia recipit formam, quod si ex hoc sequatur corruptio alterius, est per accidens, attamen non erit in actu secundum partem illam virtutis, quam amittit. Ad 3. quoniam aliquid negant antec. verius est concedendum, non enim ad agendum sufficit quilibet activa virtus, sed eadem potens est agere respectu cuiuslibet, ut dicemus q. seq. non enim apparet, quod passu ala mulchae, aut exiguum suppar in fornacem productum possit in ignem reagere, & in his casibus deficit ultima conditio, non enim ambo habent potentias activas. Ad 4. quod maxime urget in principiis Scoti, fuisse diximus disp. 7. Phyl. q. 6. art. 2. & 3. vide ibi, ne eadem sibi repetatur. Ad 5. non solum impugnat reactionem, sed etiam actionem quamlibet instantaneam, ad quam praesupponitur agens, & passum applicata; quare dicimus actiones inter contrarias non fieri in instanti, sed in tempore, nec incipere intrinsece sed extrinsece, & ideo in instanti applicationis nulla est actio secundum partes divisibiles qualitatis, ut dicemus fufus disp. seq. q. 5. Ad 6. passum reagere per gradus, quos habet, per quos activae contrariatur agenti, nec ob id secundum illos debet pati ab agente, quia agens actione successiva non statim agit in omnes gradus qualitatis contrariae; nec enim negatur reactio secundum partem eandem, nisi de parte qualitatis intelligas, quo sensu verum est, qualitatem non simul per eandem partem agere, & pati; at haec est locutio impropria, sermo enim est de parte subiecti, quod verè dicitur pati, & de ipso dicimus posse agere, & pati, agere quidem per qualitatem existentem; pati per qualitatem de novo receptam. Ad 7. omne agens appetit conservationem propriae speciei & ideo appetit producere sibi simile, quia ratione per accidens appetit destructionem contrarii, quod autem deinde reparatur, hoc provenit propter activitatem alterius contrarii, quae actiones sunt conformes naturae universalis, ut conservetur multiplicitas specierum mixtorum; tum quia ista agentia naturaliter agunt, quando sunt applicata, ideoque nequaquam suspendere propria actionem, ne in agendo reparantur.

QUESTIO IV.

De sphaera activitatis agentis.

59. Certum est intra sphaeram activitatis agentis, id est ambitum quemdam, datur quem omne agens agit, & ultra quem non se extendat, qui ambitus dicitur sphaera, ut diximus q. 2. art. 1. quia agens omne sphaericè agit, & itam actionem diffusivè habet; ita ad instar puncti in medio collocatum: quzeritur modo, quomodo agat in hac sphaera, an immediate in totam sphaeram, an solum in aliqua parte immediate, in aliis vero mediate: deinde si in tota sphaera immediate agit, quo pacto producat qualitatem, scilicet an in omni parte producat qualitatem similem, & aequalem in gradu, an solum in parte viciniore, in remotiori vero remissiore, an tandem in nulla parte producat aequalem qualitatem; sed semper remissiore: loquimur autem de agente in ordine ad passum eisdem rationis, nam si est alterius rationis, poterit in remotius agere perfectiori modo ex disp. 7. Phyl. q. 4. art. 3.

Quo ad primum, quamplures Thomis negant agens agere immediate in totam sphaeram, sed in partibus, quatenus in parte viciniore producat qualitatem, quae pars agit in remotiore; hinc agens illa mediantem in remotiore dicitur agere; citatur praecipue pro hac sent. Gillius lib. 2. tract. 9. c. 5. num. 3. & 4. & Murcia 2. Phyl. disp. 4. q. 6. §. Dico 2. Opposita opinio est Scoti in 2. dist. 13. quæst. un. in fin. estque communis apud recentiores; licet sit postea aliquod dissidium, an agens sit totalis causa, an vero partialis, ita ut pars propinquior etiam concurrat cum agente ad actionem in remotiore. Quoad 2. Hurr. disp. 9. Phyl. sect. 7. & Arriag. disp. 3. de gener. sed ult. negant in qualitatibus agens producere in quolibet parte sphaerae qualitatem similem in gradu, sed semper remissiore, licet ille disp. 2. de gener. §. 1. q. & ite disp. 2. de gener. num. 26. oppositum asserant. Alii vero locum admittunt in superficie ambiente ipsum agens qualitatem aequalem qualitatis agentis, non in partibus sphaerae. Alii licet in principio actionis doceant agens semper in prima superficie producere intensiorem calorem, quam in partibus, progressu tamen temporis inferunt agens partem aliquam sphaerae sibi esse aequalem, ita Comibr. 1. de gener. c. 9. q. 6. art. 3. & 1. Celi c. 11. q. 1. in fin. ad quod dicitur modo locum differt Ruv. 1. de gen. tract. de reati. q. 6. quod non admittit posse agens in prima superficie ambiente producere intensiorem qualitatem, quam producat in partibus sphaerae; tamen Averla q. 39. sect. 6. omnes has opiniones veras putat, ita ut agens possit omnibus his modis agere ex diversitate vel activitatis, vel dispositionis subiecti ad applicationem.

60. Dicimus 1. agens immediate agere in totam sphaeram, quandoque quidem, ut causam totalem, quandoque vero ut partem; ita Scot. cit. tetigitur autem hanc concl. disp. 7. Phyl. q. 4. art. 3. exactius hic ostendimus, & quidem quo ad immediate agere in totam sphaeram, patet, quia vel agens immediate agit in aliquam partem sphaerae, vel solum in superficiem ambientem; si primum, cum illa sit pars divisibilis, & per consequens habeat partes propinquiores, & remotiores agere, iam agens immediate ageret in aliquam partem distantem, ergo etiam in omnes partes sphaerae posset immediate agere; patet contra, ratio enim cur advertitur negantia in immediate actionem, est, quoniam agere est aliquid in distans, ergo si haec immediata actio admittatur in aliqua parte, poterit etiam concedi in tota sphaera. Tum quia pars illa, in quam immediate agit, dicitur agens sphaera. Si solum agit in superficiem, ergo non posset actio ulterius progredi, nam indivisibile, qualis esset qualitas in superficie producta, nequit divisibilem producere, scilicet qualitatem receptam in partibus. Tum quia adhuc qualitas superficiei, quia ageret in partem sequentem partem indeterminatem, deberet agere in distans.

61. Deinde, quod aliquando sit causa totalis, ut pars propinquior non cogat cum principali agente in remotam, probat Doctor cit. exemplo de lumine, ait enim, *Lumen genitum, dicitur quod possit causare aliud lumen, tamen luminare praesens est majoris virtutis, quam lumen genitum, & ita prevenit ipsum lumen in agendo in partem remotam*; quod docet ergo agens prevenit partem propinquiorem in agendo circa remotam, semper erit causa totalis, nam post actionem agens nunc movet non amplius agit, ex supra dictis; solum est difficultas in explicatione hujus preventionis agentis: haec autem tunc est, quando agens simul intelligitur applicatum in utramque partem, ita ut in utraque agat: cum enim ad agendum praerequiratur existentia agentis, ut pars propinquior possit coagere cum agente in motum, debet prius in se recipere qualitatem ab agente, deinde coagere; sed quia agens simul tunc agit in remotam, quando pars propinquior est potens agere, reperit partem remotiorem ab agente principali assimilantem, ideoque non agit. Ex quo etiam patet, quomodo agens sit quandoque partialis causa, cum scilicet pars propinquior intelligitur potens agere, quia scilicet prius agens produxit qualitatem in illam, patet si aere ab igne calefacto poneretur corpus frigidum, tunc tam ignis, quam aer agerent in illud corpus, ut diximus disp. cit. vel quando agens propter obseculum, vel aliud impedimentum non agit in remotiorem partem, sed tantum in propinquior, si deinde removeretur impedimentum, agens simul cum parte proportionaliter tamen agerent in remotiorem.

Dices, si quandoque pars potest cum agente principali coagere, ergo non posset asserri ratio, quare impeditur productio luminis, dum obicitur corpus opacum, ut quando obicitur manus Soli, vel candelae, sic umbra in eam partem, quae directè est contra manum

nam ipsam. Prob. seq. quia extra, & circa manum est aer illuminatus, ergo poterit partem umbratam illuminare contra experientiam. Hoc argumentum valde troquet Hurr. cit. & omnes illos, qui productionem luminis a lucem univocam ponunt: dicimus autem conclusionem nostram intelligi debere de agente univoco, ita ut pars sit eisdem rationis, & activitatis specifice cum agente principali, ut est aer calefactus respectu corporis calidi, non de agente aequivo, sicut est lux respectu luminis, ut diximus disp. 2. de Caelo q. 5. quapropter lucidum immediate totum lumen primarium in aeris sphaera productum, hoc autem lumen non est alterius luminis eisdem rationis productum, hoc solum tantum secundarium, quale est, quod, ubi est umbra, reperitur; & hoc lumen producat aer illuminatus in partem directè oppositam obseculo, & hac ratione non erit cit. conditionate loquitur scilicet *Arro, quod possit causare aliud lumen*, quia ut ipse fuisset obsecular, non est lumen productum alterius eisdem rationis, ideoque exemplum istud de lumine apud nos non habet multam difficultatem, ut apud adversarios.

62. Dicimus 2. si non ad sit impedimentum ex parte medi, non implicat, imò quandoque contingit agens producere aequalem qualitatem tantum in superficie ambiente, aut saltem intensiorem, quam in cæteris partibus medi. Haec concl. est contra Ruv. & prob. si calidum v.g. ut quatuor esset cum alio corpore capaci caloris ut 4. patet, quia omnes illi quatuor gradus sunt activi totidem graduum, subiectum supponitur capax, non resistens, aut reagens, ut simul concurrant ad effectum medium, item est perfectissimum approximatum, quia penetratur, hoc etiam concedit Ruv. ex quo inferimus idem de superficie ambiente, quia secundum extremas superficies continens & contentum sunt simul, ut patet ex definitione conitui, ita ut superficies illae sint penetratae; vel ne fiat vis in verbis, sunt ita approximate, ac duo corpora penetrata, ergo si non addit impedimentum, & resistencia, producat calorem ut 4. vel si propter resistencia contrarii non posset producere aequalem calorem, producat saltem intensiorem in superficie, quam in partibus medi. Probat, quia medium, & corpus calidum secundum partes non sunt simul, secundum superficies sunt simul, ergo perfectius agit in superficie, quam in partes, quia quod major est approximatio, est perfectior est actio.

Resp. Ruv. neg. partem de superficie, & partibus, eo quia superficies non est capax perfectionis effectus, & intentionis, quam sint partes, quia per se negat, nec patitur, sed solum haec conveniunt illi per participationem corporis, quod terminat, eo quia indivisibile non est per se mobile, quapropter solum recipit effectum eisdem intentionis cum partibus, aliter darentur indivisibilia intentionis qualitatis partibus separata naturaliter, quod est fallum. Sed iam contra ipsum Ruv. ostendimus disp. 1. §. Phyl. q. 8. art. r. indivisibile esse mobile, nec minus alterari, quam partes in continuo, unde si esse separatum, per se moveretur, ergo dum est in continuo, propterea acquirit intentionem. Tandem fallum est, ex nostra opinione sequi indivisibile separatum extare a partibus format, ut diximus d. 6.

63. Contra arguit Ruv. data hac sent. sequetur indivisibile naturaliter a continuo separari, quod est fallum, seq. prob. quia in partibus profunditatis si reperitur calor, ut tria, & in superficie indivisibile caloris ut 4. hoc indivisibile nullas partes terminaret, nam ex se terminativum caloris ut 4. talis autem in partibus profunditatis non datur, ergo esset a partibus separatum. Tum quia haec qualitas major in superficie non posset acquiri nec per motum, nec per mutationem, ergo non datur; antec. prob. non per mutationem, quia successivè produceret, nec per motum, quia vel motus est idem numero cum motu totius corporis, & hoc non, quia est in subiecto realiter distincto, & ad terminum realiter distinctum; vel est numero distinctus, & hoc non, quia indivisibile non distinguitur numero a proprio continuo, ergo si subiecta horum motuum, non sunt distincta numero, neque motus; vel tandem partialiter distingueretur numero a motu partium; quod est fallum, quia terminus productus per talem motum non est pars terminus motus earundem partium, nec terminativus illarum, ut dictum est.

Resp. hoc arg. retorquet posse de superficie continuante qualitatem intensam per medium uniformiter difforem, qualitas enim haec ita se habet, quod pars quilibet propinquior agenti est intensior, remotior est remissior, nec pars aliqua potest assignari quae intensior, signetur igitur superficies media, in hac determinata intensio, in partibus propinquioribus erit qualitas intensior, in remotioribus remissior; sit igitur intensio superficiei ut 4. hoc indivisibile nequit terminare intensiorem partem remotioris, quia in hac non reperitur calor ut 4. quem potest illud indivisibile terminare, sed minor, neque terminat intensiorem partem propinquioris, quia haec est maior, quam ut 4. ergo indivisibile separatum: simile argum. adduximus ex Averla contra indivisibilia extensiva quantitatis disp. 9. Phyl. q. 2. art. 5. quod est quintum princ. de corpore perfecte pyramidali, in quo superficies media vel esset aequiva, vel maior, vel minor partibus illius pyramidis. Idcirco dicimus ut ibi, quod excessus iste intensiois superficiei supra intensiorem partium non est determinatus, quod decepit Ruvium, sed indeterminatem, quatenus scilicet in qualibet parte post superficiem assignabili non reperitur qualitas intensior, ut in superficie, sed minor, & remissior, sicut locans, & locatum secundum superficies sunt aequalia, ad secundum partes locans excedit locatum, quia quilibet pars post superficiem assignabilis est major locato, non tamen sequitur superficiem esse a partibus separatam; sic dicimus intensiorem superficiei esse terminum intensio-

nis partium; & cum ait calor ut 4. est terminus caloris, ut 4. qui in partibus non adest; dicimus in partibus esse calorem interminatum, cuius terminus est indivisibile intensivum superficiei, quia ratione nequit dici neque ut 4. neque ut tria, haec enim significat calorem terminatum, sed solum dicitur calor non ut 4. sed remissior, & remissior indeterminate, nec est de ratione indivisibilis superficiei terminare calorem ut 4. hoc enim implicat, eo enim ipso, quod dicitur ut 4. signatur determinatur calor, cui non convenit deinde terminari; sed reddere calorem terminatum ut quatuor, qui ex se ellet interminatus. Hinc patet ad 2. indivisibile hoc acquiri per eundem motum totalem, quo tota qualitas accenditur, sicut etiam est terminus totius qualitatis per motum accensuræ.

64. Dicimus 3. quoniam vis possit concedi aliqua accidentia in tota sphaera uniformiter ab agente producti, regulariter tamen, & ut plurimum uniformiter difformiter producantur ab agente tam in principio, quam in fine actionis, ita ut non addit pars aliqua sphaerae, in qua producatur qualitas aequaliter intensa. Quod ad hanc qualitates, quae aequaliter intense producibiles in tota sphaera tam in parte viciniore, quam remotiori, forte probari possent ex quibusdam virtualibus qualitatibus, ut est virtus in magnete impressa ab aëris, & a magnete in ferro, nec enim apparet, quae uniformis difformitas reperitur in hac attractione, nec etiam si oppositum fullinere quis vellet, posse valde oppugnari, ut enim sapè diximus, quod aliqua forma sit activa, & tali, vel tali modo agat, nonnisi ab experientia dignosci potest, & a posteriori.

Quod autem ut plurimum qualitates producantur uniformiter difformiter, & aequaliter inaequaliter, hoc est, in parte propinquiori intensior, in remotiori remissior, habita proportione ad maiorem, vel minorem distantiam, patet experientia, lignum enim calidius est in parte propinquiori, quam in remotiori, lumen in parte propinquiori est intencius, & quo magis à luminoso recedimus, experimur remissius lumen; cuius ratio est, quia ad actionem requiritur approximatio; ergo maior approximatio erit causa intensioris effectus, si est susceptivus intentionis, & remissioris, & quia maxima approximatio naturaliter possibilis est contiguas, quod adhuc stat cum distantia, contigua enim distans loco, solum penetratio excludit omnem distantiam, hinc est, quod nequit agens in parte aliqua sphaerae etiam contigua producere qualitatem aequalem in intentione, nam haec pars etiam distat; & hoc tam in principio, quam in fine actionis, quia semper est distans. Dices cum Comibr. non provenire hanc uniformem difformitatem ex distantia, sed ex indistincta subiecti, quae in fine actionis tollitur, & superatur, unde si calido ut 4. applicaretur subiectum ab igne, statim induceret in subiectum calidum ut quatuor in toto subiecto. Contra quia lumen non habet contrarium, & tamen in aere eodem modo diffuso inducitur uniformiter difformiter propter maiorem, vel minorem distantiam. Dices cum Ruv. hoc impedimentum perfecte approximationis tolli posse per maiorem densitatem agentis, densitas enim est causa, cur aëris citius, remotius, & fortius agens agat, ut diximus q. 1. art. 1. Contra densitas ita augeat actionem, ut possit supplere approximationis defectum, & aequalem intensiorem in aliqua parte sphaerae producere, ergo ita poterit densitas augeri, ut non solum respectu alicuius partis, sed respectu totius sphaerae aequalem producat intensivam qualitatem, quod est contra experientiam, quae in proposito est praecipuum fundamentum nostrae concl. Qui accedit, quod si agens in aliqua parte sphaerae produceret aequalem qualitatem, tunc haec pars antea agenti principali unum agens totale minus conciteret, ergo si prius agens principale potuit producere aequalem qualitatem, multò magis postea in aliam partem poterit causare, sicut enim densitas est conditio agendi citius, velocius, & fortius, ita etiam magnitudo, quapropter nunquam finiretur agentis actio, & activitatis sphaera, sicut experiri in igne, qui in infinitum agit ignendo, si semper apponeretur novum combustibile; & quod major est ignis, eo remotius agit, hoc autem in qualitatibus non experimur, ergo debemus dicere semper agens agere in tota sphaera uniformiter difformiter.

65. Contra istam concl. instatur, quod possit agens producere sibi simile in qualitatibus. Tum quia omnes gradus agentis sunt activi, & approximati, ergo omnes habebunt proprios effectus, ergo poterunt omnes producere effectus similes. Tum 2. ignis producit in supram calorem, ut octo, quia talis est dispositio ad formam ignis, ergo calor ignis saltem in fine actionis habet effectum similem. Tum 3. agens substantialia producit formam substantialia aequalem, ergo etiam accidens. Tum 4. densitas augeat intensiorem actionis, ita ut plus valeat calor ut tria in ferro, quam in aere, quoniam non possit producere calorem ut 4. ex quo sic arguit Ruv. densitas supplet defectum approximationis, agens enim densius agit remotius, quam rarius, ergo sicut maior approximatio facit intensiorem actionem, ita maior densitas; sed quando approximatio est perfecta, & maxima ita ut agens sit cum passu penetratum, causatur in passu qualitas aequa intensa, ita poterit densitas taliter augeri, ut supplet defectum huius perfecte approximationis, & consequenter aequalem in aliqua parte sphaerae agens sic densum producere aequalem qualitatem. Tum 5. saltem actione reflexa poterit agens perfecte sibi passum assimilare, nam si actione directè calidum ut 4. produceret in certa parte sphaerae calorem ut tria, poterit actione reflexa producere calorem ut unum. Tandem multoties Scotus videtur admittere calorem producere alium sibi similem locum, sic in 1. d. 17. q. 3. & 4. d. 12. q. 2. & alibi frequenter, quem etiam loquendi modum nos pluries admittimus, imò adest experientia in sono, qui aequali velocitate, & intentione percipitur ab aliquibus licet per quatuor

quator, vel decem passus distent ad iavicem, & de lumine Solis, æquale enim apparet in icis vallibus, ac in altissimis montibus.

66 Respond. ad 1. concedendo omnes gradus agentis esse activos, & adu agere, negamus tamen omnes producere similem effectum propter defectum perfectæ approximationis; ita ut calor productus sit ut tria, totus producit ad calorem ut 4. quavis non sit adæquatus effectus. Ad 2. negamus ignem producere prius calorem, ut eodænter introductionem formæ substantialis, quia ut dicemus dist. seq. q. ult. cum minori calore introducit in subiecto forma ignis, quæ deinde est causa caloris ut octo. Ad 3. neg. paritas, ratio præcipua est experientia, videmus enim ignem comburere supram distantiæ, per calorem tamen calefacere in parte propinquiori uniformiter difformiter; tum quia qualitas suscipit magis, & minus, non se substantia, idcirco approximat in qualitate potest esse causa maioris intensiõis, tum quia ut notat Ariaga, rationaliter à natura se sunt illa agentia initiata, si enim substantia ageret uniformiter difformiter, substantia producta esset imperfectior; nec posset aliunde suppleri hæc imperfectio, hinc brevi finirentur generationes substantiales; at imperfectio accidentis producti suppletur à forma substantiali, calor enim ut octo licet producat solum calorem v. g. ut septem, hic tamen sufficienter disponit subiectum ad formam ignis, à qua deinde calorem calor ut octo. Ad 4. densitas agentis solummodo potest supplet defectum approximationis naturaliter possibilis, quæ est contiguitas, non penetratio; tum quia sufficit, ut agens extendat propter densitatem ulterius spheram actionis. Si dicas, agens ut 4. extendendo intendit, ergo si prius poterat agere in spheram palmarem, & in parte contigua producere calorem ut tria, si propter densitatem possit agere in spheram bipalmarem, in prima parte produceret calorem intensiorem, etiam ut 4. Dicimus sufficienter, ut hanc æqualitatem producat in superficie ambiente, in qualibet tamen parte semper qualitas erit remissior propter distantiam; & hoc quia experimento docemur qualitatem produci uniformiter difformiter quare fieri si admittetur calidum ut 4. posse calorem ut 4. producere, tamen etiam augetur, vel adensatur, non ob id producat intensiorem calorem, qui simile non agit in simile, quod solum experientia comprobatur, idem in proposito dicendum. Ad 5. concedimus totum, conclusio enim nostra intelligitur de actione directa. Ad 6. nunquam ex profecto Doct. hanc questionem determinavit, sed claritatis gratia tanquam exemplum ab aliquibus admittimus amplius, ut facilius probare qualitates augmentum, vel activitatem, quod etiam nos sapè sapius observamus, verum est tamen, quod hæc uniformis difformitas non est ubique valde perceptibilis, nec ad quamcumque minimum distantiam, ut patet in exemplis allatis de sono, & lumine; setamen sensus corrigi debet à ratione, quavis exemplum de lumine Solis parum arguat, quia hic agit Sol non solum directe, sed etiam reflexe. Quomodo autem agens terminat propriam activitatis spheram, commodius dicemus q. seq.

QUESTIO III.

De terminis potentiarum.

67 **A**ctionem, & passionem verari inter potentiam activam agentis, & passivam subiecti clarum est; quoniam autem hæc potentia sunt finita, & limitata quoad entitatem, consequenter quoad actionem, & passionem aliquid terminum habebunt, idcirco pro complemento huius disp. de illis terminis videndum est. Primum autem est supponendum dari potentiam activam, & passivam, in super potentiam resistivam, activam, & passivam, seu formalem ex dictis disp. præced. q. 4. dari quoad obedientiam potentiam de qua egimus disp. 7. Phyc. q. 6. art. 5. Deinde supponendum est ex disp. 9. Phyc. q. 3. terminos rerum esse quatuor, duos extrinsecos, duos intrinsecos tam versus magnitudinem, quam versus paritatem; terminus extrinsecus magnitudinis appellatur *minimum quod sit*, & est quantitas illa, ad quam nequit res pervenire, bene tamen esse potest sub minori; terminus intrinsecus dicitur *Maximum quod sit*, & est quantitas illa, quam res potest habere, non tamen aliam majorem; terminus intrinsecus paritatis est *Minimum quod sit*, scilicet quantitas illa, sub qua res potest esse, non tamen sub minori; terminus extrinsecus est *Maximum quod non*, idem quantitas illa, sub qua res nequit esse, sed bene sub maiori; qui termini alii non significant nisi indivisibilia terminantia quantitates illas, quas etiam connotant; & quia principiores difficultates sunt de potentia activa, ideo prius de terminis potentia activæ, deinde de terminis aliorum potentiarum agemus.

68 Multipliciter vero activa potentia terminata intelligi potest, primo quoad perfectionem effectus, an scilicet possit quemcumque effectum perfectionem in infinitum producere, an vero solum quandam finitæ, & limitatæ perfectionis. Secundo, quoad pluralitatem actuum, si scilicet potest simul plures actus habere, an solum solum. Tertio, quoad propriam quantitatem potest, nam quilibet magnitudo agentis sufficit ad agendum vel determinatè restitatur, qui terminus tantum agenti corpore convenire potest, item quoad quantitatem virtutis, quia agens debet passum excedere ex dictis q. 11. art. 2. tandem quoad extensionem spheræ, si scilicet possit agere in quacunque distantia, ubi etiam dubitari solet de intensiõne, quando effectus uniformiter difformiter productur, quomodo producat in termino spheræ, & hic terminus solum potestis transirenter agentibus assignari potest, non agentibus immanentibus.

69 Quoad primum terminum, nemo dubitat, quamlibet activam potentiam naturalem esse determinatam versus maximum terminum

intrinsecum, non enim potest quemcumque effectum producere perfectiorem, activas enim sequitur entitatem, ergo licet entitas causæ hinc est, & limitata, ita erit activitas, alter effectus excederet suam causam; hic autem terminus erit intrinsecus, & *maximum quod sit*, quia potens pertingere gradum aliquem, poterit etiam attingere divisibile terminans, & completus gradum illum, ut dictum est disp. 9. Phyc. hoc autem est habere terminum intrinsecum; tum quia sicut quælibet res in sua entitate est perfecta, & completa ita etiam completi effectus, & perfecti erit productiva. Idem etiam dicendum versus paritatem, quia perfectio entitativa rei consequitur essentiam eisdem, & consequenter sicut determinatam exigit essentiam, ita determinatam perfectionem ut non possit esse sub quacunque minori.

Dices potentia activa debet proportionari passivæ, sed hæc nullum habet terminum magnitudinis, quia potest quamlibet perfectiorem effectum recipere, ergo idem de potentia activa dicendum. Tum quia si centrum in infinitum distaret, & ad illud fieret naturalis motus, gravitas, quæ est principium illius motus, in infinitum intenderetur, sicut motus in infinitum velocitarius. Resp. neg. min. de potentia passiva naturali, ut dicemus infra. Ad 2. patet ex dictis disp. 3. de Cælo q. 3. nu. 51. motum non velocitandum in infinitum, quia impulsus à gravitate causatus non intenderetur in infinitum; tum quia non tantum duraret, sed successive secundum partes destrueretur, ut ibi diximus.

70 Sed contra hanc modum dicendi infat Ray. 1. de Cælo trad. de term. potent. quæst. 1. quod si motus naturalis fieret velocior propter novum impulsu à gravitate causatum per modum tanquam conditionem requisitam, ut ibi diximus, sequeretur, motum esse priorem impulsu, quia esset conditio prærequisita, & posteriorer, quia esset effectus impulsus. Neque dicas, motum secundum priorem partem præcedere impulsu, qui causaret motum secundum posteriorem. Nec valet, quia productio impulsus inciperet cum motu, ita ut in eodem instanti non est motus, nec impulsus, immodiæ post erunt, ergo si sunt simul duratione, & impulsus est naturaliter causativus motus, motus erit prior & posterior. Tum quia in toto tempore sequenti est motus, & est in impulsu, & motus secundum omnes partes ponitur naturaliter productus impulsus, qui etiam est naturaliter causativus motus, ergo totus motus secundum omnes partes est causatus ab impulsu, & totus impulsus à motu, ergo idem respectu eisdem ellet prius, & posterior.

Respond. nunquam motum secundum eandem partem esse conditionem prærequisitam, & effectum impulsus, sicut habitus est naturaliter causativus actus, & actus etiam producit habitum, non tamen secundum eandem partem, etiam si ab actu continuatur per tempus intendere succedat, sicut igitur in hoc casu oporteret distinguere partem actus causantem habitum, & partem ab habitu posita causantem, idem de motu, & impulsu dicendum, & ad 1. impugnat dicimus statim incipere productionem impulsus, hunc tamen non statim causat motum, quia ad causandum motum nec dicemus, requiritur determinata quantitas molis, & virtutis; Per hoc patet ad 2. quælibet enim pars impulsus est per motum causata, non tamen quælibet pars motus est ab impulsu causata, quia non prior pars, nec quælibet pars impulsus causat motum, quia ultima pars cum mobile incipit quietescere, non causat motum, vide dist. citat. de Cælo.

71 Quoad numerum actuum adhuc potentia est determinata, quavis enim succedat, dummodo non remittatur in activitate, possit semper aliam, & aliam habere actionem, si de novo semper applicetur alteri passivo, tamen simul non nisi unum potest habere, & quomodoque agit in unum passum actionem propriæ activitatis adæquatæ, non amplius in illud agit, quia iam illud perfectè sibi assimilavit, hinc videmus, quod quando agens est impeditum in sua sphaera agit reflectendo, quo passio non ageret si non foret impeditum, sicut evidens est ad unam actionem determinatam, solum dubitari potest de potentia animæ, præcipue de intellectu, sed de hoc in lib. de an. sufficit, quod agens corporeum, & naturale ita se habet, de hoc in presenti præcipue est sermo; tum quia nec intellectus potest simul multos actus producere, sed aliquos tantum, quorum quilibet est remissior, quam si esset locus productus, quod in actus illos se haberet ut pariales, & inadæquatos respectu virtutis intellectus.

Dubitari tamen de magnitudine agentis, an quælibet pars, quantumvis minima potens sit agere, ut aliqui putant, & proinde censet Amic. trad. 6. Phyc. quæst. 4. art. 4. vel certæ, & determinatæ existat, quod etiam quæri posset de excessu agentis supra passum, an quilibet sufficit, an vero requiritur determinatam intrinsecæ, aut extrinsecæ. Tandem supponendo ex dictis quæst. præced. agens immediate agere in totam spheram propriæ activitatis, dubitari solet quo passio terminet suam spheram, & actionem, non enim potest agere in quacunque distantia propter finitatem; nam Conimbr. 1. Cæli cap. 11. quæst. 3. distinguunt de distantia, ad quam potentia activa potest extendere suum effectum, nam si tota sphaera consideretur secundum totam magnitudinem, sine tamen indivisibili terminativo, quo clauditur, sic autem potentiam activam requiritur terminum intrinsecum in sua actione, nam tota illius ædificatio terminatur ad illam magnitudinem, & non ultra; si vero sphaera illa consideretur, ut includit illum indivisibile terminativum, quod erit superficies quæ connexæ illam terminans, sic extrinsecæ autem terminari, quia usque ad illam superficiem, non pervenit actus, bene tamen ad quælibet intra ipsam contentum. Averla vero quæst. 39. section. 5. circa finem alio modo distinguit, nam vel loquimur de actione, & productione qualitatis, vel de intentione ipsius, primo modo

modo concedit terminum intrinsecum, quia actio qualitatis terminatur ad aliquod indivisibile terminativum extensionis qualitatis; si vero de intentione fit sermo, solummodo concedit terminum extrinsecum, quia negat in illa ultima superficie reperiri aliquam intentionem, etiam minimum, sed solum aut esse aliquod indivisibile illius qualitatis, quod ipse vocat indivisibile intentionis.

72 Dicimus 1. non sufficere quamlibet quantitatem molis, & virtutis ad agendum, sed determinatam requiri, ita tamen quod si effectus producendus fit successivè, terminus debet esse extrinsecus, & *minimum quod sit*, ut tanta non sufficiat, sed bene quælibet maior; si effectus vero in instanti postulat produci, terminus debet esse intrinsecus, & *minimum quod sit*, ut tanta sufficiat, non minor; Prima pars quod requiritur determinatam quantitatem, est Scoti 4. d. 44. q. 1. G. 2. d. 2. quæst. 9. N. sequitur Ruvius tract. de reat. q. 4. elque communis, quam probat Doctor ex Arill. de sensu, & sens. c. 7. ubi docet, quod centies mille sima pars millii non potest concurrere, & agere ad propriam visionem, aliter sensibiles passiones essent indivisibiles in infinitum, & consequenter potentia sensitiva esset infinita, nam quo minus est obiectum visibile, eo perfectior potentia requiritur ad videndum.

Dices, verum esse potentiam visivam non posse quodlibet minimum videre, non quia obiectum non producat suam speciem, quavis remissam, sed quia potentia est limitata, ut non possit cum specie quantitativæ remissa elicere visionem, unde si Deus crearet hominem cum potentia visiva perfectiori, posset homo ille videre obiectum minimum, quia propter eam imperfectionem potentiam non debemus arguere impotentiam obiecti minimi. Contra; si hæc responsio valeret, sequeretur etiam reperiri in obiecto potentiam infinitam ad diffundendum speciem visibilem in infinitum, quia perfectior potentia potest videre obiectum in minori distantia, quam imperfectior, ergo modo obiectum haberet vim producendi speciem usque ad illam distantiam, & quia in infinitum posset perfectioris potentia, posset quoque in infinitum diffundere speciem, imò actu modo diffundat, cum sit agens naturale. Quapropter quia Deus creavit omnia in pondere, & mensura, quia naturaliter non datur nisi determinata potentia sensitiva, determinatam quoque potentiam activam debet habere obiectum. Tum quia jam hæc responsio in potentia visiva admittit determinatam quantitatem virtutis, ut sequitur actus.

73 Probat etiam à posteriori in agentibus acquisitivis nam in ultimo instanti motus lapidis sursum projecti lapis acquirit usum ab æquatum, quod est terminus acquisitus per illud ultimum mutatum esse, quod acquisitio non sit à gravitate lapidis, sed ab impulsu à proiciente impresso, ergo in illo instanti impulsus excedit gravitatem lapidis quoad adhibitam, nam ut diximus quæst. 1. art. 2. actio provenit ex proportione maioris inæqualitatis, in tempore sequenti nequit lapis à gravitate majoris pelli, quia ad hoc requiritur, ut gravitas superet impulsu, prius autem debent esse inter se æqualia, quam gravitas excedat, quare lapis aliquantum detinetur sursum, ut ostendimus disp. 3. de Cælo q. 6. in quo tempore impulsus adhuc excedit gravitatem, & tamen non impellit sursum lapidem, ergo lignum erit, non quamlibet quantitatem virtutis sufficere ad agendum.

Prob. etiam in agentibus univocis, in quibus hoc intervenit, quod quando agens communicat passivum suam virtutem, extenditur sphaera activitatis, quia ambo integrant unum agens totale, quod propter maiorem molem agit in maiori distantia, & sic in infinitum creperet, in infinitum in quoque dilataret spheram, ut patet in igne, qui si converteret approximatum passum in ignem, totus ignis reliquus agit remotius; & in hoc casu non est limitata activitas spheræ; at quando non communicat totam suam virtutem, tunc datur terminus activitatis, quia quo magis protrahitur actio, eo minoratur, ut tandem deinat, in hoc tamen casu, quia passum medium est formaliter simile agenti, aditus ipsam agens aliquo aliter ad agendum, nam se habet ut concaula, saltem respectu alius corporis dissimilis, ex præced. quo. Quod supposito, si ad agendum non requiritur determinatam quantitatem molis, & virtutis, nunquam finiret agens spheram, quod est falsum; sequen. probat. in ultima parte spheræ ignis corpus calefactum calore proportionato illi parti spheræ, ita ut supra superficie terminante terminet quoque spheram ignis, huic corpori aliud conjugat. extra totam spheram existens, vel illud corpus calefaciat illud, vel non si primum, ergo nunquam finiret sphaera ignis, quia illud corpus calefaciat aliud, & sic in infinitum, si secundum, ergo lignum erit non quamlibet quantitatem molis, & virtutis sufficere ad agendum, quia tunc agens haberet approximatum, non impedita, nec alia deest conditio, præterquam illa quantitatis. Dices, idem non valet corpus illud, quia agens actio est terminata, agens autem est, quod agit per totam spheram, non medium. Contra, quia etiam medium coagit cum agente, quando novum corpus diffimile applicatur, ita ut non solum ab igne calenti, sed etiam ab aere calido, saltem usque ad gradum similem gradui existenti in aere, ut dicimus dist. citat. ergo licet agentia actio sit terminata, calor tamen in hærens in corpore terminante spheram agentis, si potest agere, debet corpus conungere calefacere, & calor in illo producat poterit in aliud, & sic in infinitum. Rationem à priori tangit Doctor in 4. citat. quia plus requiritur ad communicandum esse, quam ad solum effundendum, quod explicat Ruv. citat. exemplo vivificantium, quæ non statim ac habent esse possunt sibi simile generare, sed opus est, ut perferantur in virtute generativa.

Secunda pars conclus. est communis, & probat, quia quando datur excessus sufficiens ad introducendum formam in passu, datur etiam actus, & contra; ergo si actio incipit in tempore, & extrinsecè, excedit ad hanc actionem requiritur extrinsecè erit determinatus, si

actio fit in instanti, & intrinsecè incipit, excessus requisitus erit intrinsecè terminatus, hæc enim omnia pari passu graduantur.

74 Contra 1. partem conclus. argum. solummodo concedit terminum extrinsecum, quia negat in illa ultima superficie reperiri aliquam intentionem, etiam minimum, sed solum aut esse aliquod indivisibile illius qualitatis, quod ipse vocat indivisibile intentionis.

75 Dicimus 1. non sufficere quamlibet quantitatem molis, & virtutis ad agendum, sed determinatam requiri, ita tamen quod si effectus producendus fit successivè, terminus debet esse extrinsecus, & *minimum quod sit*, ut tanta non sufficiat, sed bene quælibet maior; si effectus vero in instanti postulat produci, terminus debet esse intrinsecus, & *minimum quod sit*, ut tanta sufficiat, non minor; Prima pars quod requiritur determinatam quantitatem, est Scoti 4. d. 44. q. 1. G. 2. d. 2. quæst. 9. N. sequitur Ruvius tract. de reat. q. 4. elque communis, quam probat Doctor ex Arill. de sensu, & sens. c. 7. ubi docet, quod centies mille sima pars millii non potest concurrere, & agere ad propriam visionem, aliter sensibiles passiones essent indivisibiles in infinitum, & consequenter potentia sensitiva esset infinita, nam quo minus est obiectum visibile, eo perfectior potentia requiritur ad videndum.

Dices, verum esse potentiam visivam non posse quodlibet minimum videre, non quia obiectum non producat suam speciem, quavis remissam, sed quia potentia est limitata, ut non possit cum specie quantitativæ remissa elicere visionem, unde si Deus crearet hominem cum potentia visiva perfectiori, posset homo ille videre obiectum minimum, quia propter eam imperfectionem potentiam non debemus arguere impotentiam obiecti minimi. Contra; si hæc responsio valeret, sequeretur etiam reperiri in obiecto potentiam infinitam ad diffundendum speciem visibilem in infinitum, quia perfectior potentia potest videre obiectum in minori distantia, quam imperfectior, ergo modo obiectum haberet vim producendi speciem usque ad illam distantiam, & quia in infinitum posset perfectioris potentia, posset quoque in infinitum diffundere speciem, imò actu modo diffundat, cum sit agens naturale. Quapropter quia Deus creavit omnia in pondere, & mensura, quia naturaliter non datur nisi determinata potentia sensitiva, determinatam quoque potentiam activam debet habere obiectum. Tum quia jam hæc responsio in potentia visiva admittit determinatam quantitatem virtutis, ut sequitur actus.

76 Probat etiam à posteriori in agentibus acquisitivis nam in ultimo instanti motus lapidis sursum projecti lapis acquirit usum ab æquatum, quod est terminus acquisitus per illud ultimum mutatum esse, quod acquisitio non sit à gravitate lapidis, sed ab impulsu à proiciente impresso, ergo in illo instanti impulsus excedit gravitatem lapidis quoad adhibitam, nam ut diximus quæst. 1. art. 2. actio provenit ex proportione maioris inæqualitatis, in tempore sequenti nequit lapis à gravitate majoris pelli, quia ad hoc requiritur, ut gravitas superet impulsu, prius autem debent esse inter se æqualia, quam gravitas excedat, quare lapis aliquantum detinetur sursum, ut ostendimus disp. 3. de Cælo q. 6. in quo tempore impulsus adhuc excedit gravitatem, & tamen non impellit sursum lapidem, ergo lignum erit, non quamlibet quantitatem virtutis sufficere ad agendum.

Prob. etiam in agentibus univocis, in quibus hoc intervenit, quod quando agens communicat passivum suam virtutem, extenditur sphaera activitatis, quia ambo integrant unum agens totale, quod propter maiorem molem agit in maiori distantia, & sic in infinitum creperet, in infinitum in quoque dilataret spheram, ut patet in igne, qui si converteret approximatum passum in ignem, totus ignis reliquus agit remotius; & in hoc casu non est limitata activitas spheræ; at quando non communicat totam suam virtutem, tunc datur terminus activitatis, quia quo magis protrahitur actio, eo minoratur, ut tandem deinat, in hoc tamen casu, quia passum medium est formaliter simile agenti, aditus ipsam agens aliquo aliter ad agendum, nam se habet ut concaula, saltem respectu alius corporis dissimilis, ex præced. quo. Quod supposito, si ad agendum non requiritur determinatam quantitatem molis, & virtutis, nunquam finiret agens spheram, quod est falsum; sequen. probat. in ultima parte spheræ ignis corpus calefactum calore proportionato illi parti spheræ, ita ut supra superficie terminante terminet quoque spheram ignis, huic corpori aliud conjugat. extra totam spheram existens, vel illud corpus calefaciat illud, vel non si primum, ergo nunquam finiret sphaera ignis, quia illud corpus calefaciat aliud, & sic in infinitum, si secundum, ergo lignum erit non quamlibet quantitatem molis, & virtutis sufficere ad agendum, quia tunc agens haberet approximatum, non impedita, nec alia deest conditio, præterquam illa quantitatis. Dices, idem non valet corpus illud, quia agens actio est terminata, agens autem est, quod agit per totam spheram, non medium. Contra, quia etiam medium coagit cum agente, quando novum corpus diffimile applicatur, ita ut non solum ab igne calenti, sed etiam ab aere calido, saltem usque ad gradum similem gradui existenti in aere, ut dicimus dist. citat. ergo licet agentia actio sit terminata, calor tamen in hærens in corpore terminante spheram agentis, si potest agere, debet corpus conungere calefacere, & calor in illo producat poterit in aliud, & sic in infinitum. Rationem à priori tangit Doctor in 4. citat. quia plus requiritur ad communicandum esse, quam ad solum effundendum, quod explicat Ruv. citat. exemplo vivificantium, quæ non statim ac habent esse possunt sibi simile generare, sed opus est, ut perferantur in virtute generativa.

77 Nec dicas cum Conimbr. terminum illum esse magnitudinem spatii prædicendo ab indivisibili. Non valet, quia hoc est abuti vocabulis, nam communiter per terminum intrinsecum omnes intelligunt certam, & determinatam quantitatem, in qua recipitur effectus, & non ultra illam, quantitas verò dicitur certa, & determinata, si cum proprio indivisibili terminante intelligatur, à quo si prædicatur, erit indeterminate, & incerta, ut patet ex definitionibus terminis intrinsecis, & extrinsecis, potest ergo sphaera illa dici debere extrinsecè terminatam, quam intrinsecè. Tum quia in parte illa spheræ, ut ab indivisibili prædicunt, sequitur dari aliquod primum, in quo fiat primum visio, ut ait Arill. cum non sit assignabilis prima pars post indivisibile. Tum quia falsum est agens diffundens totam qualitatem

actio fit in instanti, & intrinsecè incipit, excessus requisitus erit intrinsecè terminatus, hæc enim omnia pari passu graduantur.

74 Contra 1. partem conclus. argum. solummodo concedit terminum extrinsecum, quia negat in illa ultima superficie reperiri aliquam intentionem, etiam minimum, sed solum aut esse aliquod indivisibile illius qualitatis, quod ipse vocat indivisibile intentionis.

75 Dicimus 1. non sufficere quamlibet quantitatem molis, & virtutis ad agendum, sed determinatam requiri, ita tamen quod si effectus producendus fit successivè, terminus debet esse extrinsecus, & *minimum quod sit*, ut tanta non sufficiat, sed bene quælibet maior; si effectus vero in instanti postulat produci, terminus debet esse intrinsecus, & *minimum quod sit*, ut tanta sufficiat, non minor; Prima pars quod requiritur determinatam quantitatem, est Scoti 4. d. 44. q. 1. G. 2. d. 2. quæst. 9. N. sequitur Ruvius tract. de reat. q. 4. elque communis, quam probat Doctor ex Arill. de sensu, & sens. c. 7. ubi docet, quod centies mille sima pars millii non potest concurrere, & agere ad propriam visionem, aliter sensibiles passiones essent indivisibiles in infinitum, & consequenter potentia sensitiva esset infinita, nam quo minus est obiectum visibile, eo perfectior potentia requiritur ad videndum.

Dices, verum esse potentiam visivam non posse quodlibet minimum videre, non quia obiectum non producat suam speciem, quavis remissam, sed quia potentia est limitata, ut non possit cum specie quantitativæ remissa elicere visionem, unde si Deus crearet hominem cum potentia visiva perfectiori, posset homo ille videre obiectum minimum, quia propter eam imperfectionem potentiam non debemus arguere impotentiam obiecti minimi. Contra; si hæc responsio valeret, sequeretur etiam reperiri in obiecto potentiam infinitam ad diffundendum speciem visibilem in infinitum, quia perfectior potentia potest videre obiectum in minori distantia, quam imperfectior, ergo modo obiectum haberet vim producendi speciem usque ad illam distantiam, & quia in infinitum posset perfectioris potentia, posset quoque in infinitum diffundere speciem, imò actu modo diffundat, cum sit agens naturale. Quapropter quia Deus creavit omnia in pondere, & mensura, quia naturaliter non datur nisi determinata potentia sensitiva, determinatam quoque potentiam activam debet habere obiectum. Tum quia jam hæc responsio in potentia visiva admittit determinatam quantitatem virtutis, ut sequitur actus.

73 Probat etiam à posteriori in agentibus acquisitivis nam in ultimo instanti motus lapidis sursum projecti lapis acquirit usum ab æquatum, quod est terminus acquisitus per illud ultimum mutatum esse, quod acquisitio non sit à gravitate lapidis, sed ab impulsu à proiciente impresso, ergo in illo instanti impulsus excedit gravitatem lapidis quoad adhibitam, nam ut diximus quæst. 1. art. 2. actio provenit ex proportione maioris inæqualitatis, in tempore sequenti nequit lapis à gravitate majoris pelli, quia ad hoc requiritur, ut gravitas superet impulsu, prius autem debent esse inter se æqualia, quam gravitas excedat, quare lapis aliquantum detinetur sursum, ut ostendimus disp. 3. de Cælo q. 6. in quo tempore impulsus adhuc excedit gravitatem, & tamen non impellit sursum lapidem, ergo lignum erit, non quamlibet quantitatem virtutis sufficere ad agendum.

Prob. etiam in agentibus univocis, in quibus hoc intervenit, quod quando agens communicat passivum suam virtutem, extenditur sphaera activitatis, quia ambo integrant unum agens totale, quod propter maiorem molem agit in maiori distantia, & sic in infinitum creperet, in infinitum in quoque dilataret spheram, ut patet in igne, qui si converteret approximatum passum in ignem, totus ignis reliquus agit remotius; & in hoc casu non est limitata activitas spheræ; at quando non communicat totam suam virtutem, tunc datur terminus activitatis, quia quo magis protrahitur actio, eo minoratur, ut tandem deinat, in hoc tamen casu, quia passum medium est formaliter simile agenti, aditus ipsam agens aliquo aliter ad agendum, nam se habet ut concaula, saltem respectu alius corporis dissimilis, ex præced. quo. Quod supposito, si ad agendum non requiritur determinatam quantitatem molis, & virtutis, nunquam finiret agens spheram, quod est falsum; sequen. probat. in ultima parte spheræ ignis corpus calefactum calore proportionato illi parti spheræ, ita ut supra superficie terminante terminet quoque spheram ignis, huic corpori aliud conjugat. extra totam spheram existens, vel illud corpus calefaciat illud, vel non si primum, ergo nunquam finiret sphaera ignis, quia illud corpus calefaciat aliud, & sic in infinitum, si secundum, ergo lignum erit non quamlibet quantitatem molis, & virtutis sufficere ad agendum, quia tunc agens haberet approximatum, non impedita, nec alia deest conditio, præterquam illa quantitatis. Dices, idem non valet corpus illud, quia agens actio est terminata, agens autem est, quod agit per totam spheram, non medium. Contra, quia etiam medium coagit cum agente, quando novum corpus diffimile applicatur, ita ut non solum ab igne calenti, sed etiam ab aere calido, saltem usque ad gradum similem gradui existenti in aere, ut dicimus dist. citat. ergo licet agentia actio sit terminata, calor tamen in hærens in corpore terminante spheram agentis, si potest agere, debet corpus conungere calefacere, & calor in illo producat poterit in aliud, & sic in infinitum. Rationem à priori tangit Doctor in 4. citat. quia plus requiritur ad communicandum esse, quam ad solum effundendum, quod explicat Ruv. citat. exemplo vivificantium, quæ non statim ac habent esse possunt sibi simile generare, sed opus est, ut perferantur in virtute generativa.

Secunda pars conclus. est communis, & probat, quia quando datur excessus sufficiens ad introducendum formam in passu, datur etiam actus, & contra; ergo si actio incipit in tempore, & extrinsecè, excedit ad hanc actionem requiritur extrinsecè erit determinatus, si

tatem per spatium non posse deinde agere in indivisibile terminans illud medium, quia indivisibile additum indivisibili non facit majus, nec extensius, ut dicitur in *disput. 9. Physic. sepe cit. 3. art. 2.*

78 Dices cum Averra sufficere, ut in superficie terminante, seu in illo puncto sit quoddam indivisibile intentionum, non autem pars quaedam qualitatis intensae. Contra, quia in illo puncto non esset species cum aliqua intentione, non posset fieri visio, ad quam non sufficit illo indivisibile, maxime quod ad agendum, ut diximus in *praec. concl.* non sufficit quaelibet pars minima etiam secundum *Arif. ibid.* Tum quia saltem est in superficie terminante reperiri solum indivisibile intentionum sine intentione qualitatis, si enim hoc indivisibile esset intentionis, ut ait ipse Averra, ergo in eodem subiecto, scilicet superficie terminante sphaeram reperiri debet pars quaedam qualitatis intensae, prob. conseq. quia in intensio in hoc differt ab extensione, quod haec attenditur penes diversas subiecti partes, illa vero penes eandem partem, & consequenter inaccessibile intentionis, quod habet terminare, vel continuata partes intensae, acquiri esse in subiecto distincto a subiecto partium. Tum quia idcirco negatur ab ipso pars aliqua intentionis in ultima superficie, quia cum possit esse remissior, deberet diffundi in spatio sequenti, ergo cum in spatio immediate antecedente superficie terminante reperitur qualitas intensae, debet hic diffundi, & pervenire ad superficiem terminantem, minor enim virtus requiritur ad diffundendam qualitatem per spatium quantum. Tum quia si agens potest intendere qualitatem per totum spatium, ergo poterit intendere per superficiem terminantem, quia haec non facit magis, & extensius, quem dicitur ipse admittit q. 38. *sect. 2.*

79 In oppositum arguunt Conimbr. sic, in ultima superficie est aliqua qualitatis intensio, haec, cum sit divisibile, debet in spatio immediato producere aliam qualitatem, praecipue si malum habet contrarium resistens, ut est humum, ergo illa superficies assignata non erit ultimus terminus. Si dicas, qualitatem illam esse tam exiguam, ut nequeat aliam remissiolem producere, Contra ait Averra, id quod debet diffundere actionem ultra illam superficiem erit principale agens, sicut sphaera illa dicitur esse sphaera activitatis illius, ergo debet adhuc agere suam actionem prosequi aliquantulum uniformiter difformiter, utque dum eam perducit ad non intentionem in extrema superficie, & tunc sinit, & terminat actionem.

Resp. nec qualitatem in superficie existentem propter exiguitatem posse aliam producere, nec agens posse ulterius prosequi suam actionem, quia virtus activa ipsius est terminata quoad extensionem, & licet in illa superficie ad sit aliqua intensio, parum refert, quia intensio non respicit diversas partes subiecti, sed eandem, quare cum illa intensio fit in ultima superficie, non excedit sphaeram propriae activitatis quoad extensionem: quod si ulterius protenderet, ageret extra sphaeram propriae extensionis, ad quam actionem requireretur major virtus extensiva.

Dices, ex quo in illa superficie est aliqua intensio, debemus arguere in agente adhuc majorem virtutem extensivam ad uniformiter difformiter agendum. Resp. non ex qualibet intensio hoc debet argui, sed ex illa, quae ex se est talis, ut possit in aliud subiectum agere, si qualitas illa est activa, vel saltem quod possit species sensibilis in media producere, & ad sensationem concurrere, & non solum illa, sed alia minor, quo intensiois gradu non est intensio qualitatis in superficie terminante producta.

80 Quaeres, an potentia activa terminum aliquem habeat versus parvitatem in sua phera? Resp. negativè, quia quodlibet agens non solum agit in passum quantumcumque propinquum, sed quo propinquius est passum, eo perfectiorem producit effectum, ut patet in igne, ergo nequit dari terminus aliquis, five intrinsecus, five extrinsecus parvitatis, quo pertransito non possit agens agere. Solum dicitur potest in potentia viva, & auditiva, quae requirunt proportionatam distantiam objecti externi, ut agens tunc sit objectum proximum fiat, vel si supra sensum ignum ponatur, nulla sit sensatio. Quod si dicatur, has potentias esse immanentes, non transeunt, idcirco non habere propriae activitatis sphaeram, Contra hoc est, quia objectum saltem immitto de species transeunt agere, & tamen haec actio requirit determinatam distantiam inter objectum, & potentiam visivam, ergo aliqua activa potentia expolit determinatum terminum proprie sphaerae versus parvitatem. Ad hoc dicitur cum Rub. cit. negando objectum in majori propinquitate non immittere speciem, non sequitur autem sensatio propter defectum potentiae sensitivae, quae requirit debitam distantiam objecti, ut concurrere possit ad sensationem.

81 Tandem de aliis potentis breviter determinandum est, & quod attinet ad potentiam resistivam activam, nihil est addendum, quia haec convertitur cum potentia activa speciei contrarii. Deinde de potentia resistiva formalis certum est, si consideretur in ordine ad agens, quod non datur terminus aliquis five intrinsecus, five extrinsecus versus parvitatem, quia quo minor est resistentia passivi, eo facilius agens agit, ergo aliquid nequit terminus, quo posito agens non possit amplius agere, cum tamen prius poterat agere. Nec refert, quod fulmen ensem destruat, parum, vel nihil laedendo vaginam, item quod facilius proiciantur gravia, quam laeviora, aut pluma, quae si quod propter exitum vaginam, vel plume resistentiam non sequatur actionem fulminis, & prociens non sequitur, nam ut dicitur in *lib. de Gelo*, idcirco fulmen non laedit vaginam, & quamlibet aliam materiam tenentem, quia propter raritatem citius pertransit fulmen, antequam illam ascendat, at duriora, quia non habent tam facilem exitum, diutius persistit in illis, ut possit deinde dissipare; similiter pluma propter levitatem, & raritatem par-

tium non recipit tam intantum impulsum, ut faciunt graviora.

82 Veritas magnitudinem tamen potest dupliciter considerari, vel quatenus est impeditiva actionis agentis, quo pacto posita resistentia non sit actio, quia impeditur, vel prout ab agente superatur, quomodo incipit simul cum actione agentis, tunc enim sit actio, quomodo agens superat resistentiam passivi; Si primo modo spectetur, tunc si excessus potentiae activae agentis requisitus ad agendum supra resistentiam passivi est intrinsecus terminatus, puta ut tantum requiratur, non minor, resistentia est extrinsecus terminata, scilicet quod tanta non sufficiat ad impediendum actionem, sed quae libet alia major sufficiens sit impedire, ratio est, quia tunc deficit resistentia, quando incipit agentis actio, sed quando excessus est intrinsecus terminatus, actio fit in inflanti ex dictis in *praec. concl.* ergo tunc deficit resistentia impediens, quod est delinere per primum non esse, & extrinsecus, ergo etiam erit extrinsecus terminata. Verum si excessus est extrinsecus terminatus, id est quod tantum non sufficiat, sed quilibet major, quo fit, ut actio in tempore incipiat, resistentia impediens erit intrinsecus terminata, puta tanta impedit, non tamen minor impedit, quia sicut tunc intrinsecus definit per ultimum esse, intrinsecus quoque debet esse terminata. E contra si resistentia consideratur, ut vincitur ab agente, sic erit terminata sicut potentia activa agentis, quia incipit simul cum actione, pro sensu non rectè dicitur resistentia, sed potius impotentia; quare si agens incipit suam actionem in inflanti per suam impotentiam incipit pati; ita ut tanta impotentia requiratur ad actionem non minor; si agens agere in tempore incipit per excessum extrinsecus terminatum, etiam tunc incipit impotentia passivi extrinsecus, ut illa non sufficiat ad actionem, sed quilibet alia maior.

83 Sed contra praedicta dubitatur, & primo quod non detur resistentia passiva impediens extrinsecus terminata; nam existens in toto tempore potest etiam esse in inflanti terminativo illius temporis, quia inflans non facit majorem durationem, ergo si passum habuit resistentiam per totum tempus ante actionem, etiam eandem habebit per illud inflans, ergo tunc resistentia non erit extrinsecus terminata. Tum quia potius resistere potentiae activae secundum quandam quantitatem virtutis, poterit etiam indivisibile resistere terminanti quantitatem illam, hoc enim solum terminat, non auget, ergo si potest passum resistere ante inflans actionis potentiae activae agentis, poterit etiam in inflanti resistere, patet illa conseq. quia in hoc inflanti non habetur, nisi indivisibile terminans augmentum potentiae activae. Deinde dubitatur ex *Ruv. & Conimbr.* in tract. de termin. potent. sepe cit. asserentibus resistentiam in secundo sensu considerantem, quam nos vocamus impotentiam, non posse esse terminatam intrinsecus, ut primo incipiat cum actione agentis, quod probant, quia haec resistentia debet excedi ab agente, aliter nulla esset actio, qui excessus necessarius est divisibilis, non indivisibilis, ergo poterit agens cum medietate hujus excessus superare resistentiam passivi, & consequenter agere, nam ex quoque majori excessu sequitur actio, ergo illa resistentia assignata non erat maxima; nam ante erit minor excessus, & major resistentia.

Respond. ad 1. aliud esse locum, ubi enim non habet in inflanti potentiam resistivam, hoc evenit ex contrario superante, aliter nulla res postest in inflanti delinere. Ad secundum cum dicitur ad actionem requiri determinatam quantitatem virtutis, non est sensus, quod necessarius requiratur indivisibile completus, ita ut ipsum sit tota ratio agendi, sed est sensus, quod tota ille excessus exigitur, qui non habetur completè, nisi in inflanti, ante vero sicut non datur ultima pars, ad quam immediate sequatur inflans, ita nec est assignabilis ultima pars excessus virtutis, ad quam immediate sequatur indivisibile, hinc est quod ante inflans, quia non habetur tota quantitas virtutis, nec etiam habetur actio; quare ad arg. neg. conf. quia ante inflans non habetur completè tota activitas agentis, seu aliqua, sed quia in illo inflanti habetur primò tota quantitas completa, non antea exercitium eius, sed solum in inflanti, non quod in illo inflanti acquiratur pars, erat incompleta, & indeterminata. Ad 3. quod Conimbr. hoc asserant, transeat, miramur de *Ruvio*, qui i. de gen. tract. de react. q. 4. docet potentiam activam agentis, si agit in inflanti debere excedere excessu determinato, ita ut non quilibet sufficiat ad agendum, quod non est consequenter dictum ad ea, quae habet *1. de Caelo* cit. quare dicitur in *1. concl.* agens excedere utique excessu divisibili, non tamen antea poterat agere, quia non sufficit quilibet excessus ad agendum.

84 Quod spectat ad potentiam passivam naturalem, proit scilicet respicit agens naturalem, sic erit terminata verus magnitudinem intrinsecus termino, sicut potentia activa, est enim naturaliter receptiva totius producibilis ab agente naturali, quod est quid determinatum; At si consideretur ut respicit agens superantem, quomodo obediens passiva dicitur, sic nullum habet terminum, sicut nec agens hujusmodi habet aliquam limitationem in agendo. Verum quidem est, quod aliqua etiam in ordine ad agens superantem non habent talem potentiam, quia neque obediens passiva in quolibet reperitur, & ad quodlibet, ut diximus *disput. 7. Physic. q. 6. art. 2.* Tandem obediens passiva respectu illorum effectuum, quos potest causare, nullam habebit terminum, nisi infinitatem, nam sicut v. g. dari potest in intellectione superantem illorum processum in infinitum, quoad perfectionem ex dictis *disput. de infinito*; ita potentiam obediens passiva non intellectus poterit ad omnes illas concurrere. Neque hoc sequitur habere potentiam infinitam, quia non est causa totalis, sed partialis, vide *disput. 7. Physic. cit.*

DISPUTATIO TERTIA.

De Alteratione.

Declaratis primis qualitibus contrariis, naturaque, & modo, quo actio, & reactio exercetur, nunc ad alterationem explicationem accingemur, quae licet ordine perfectionis possit debet generationi, ordine tamen originis praecedat, cum sit via, & quasi dispositio ad generationem; & consequenter etiam ipsius cognitio valde conserit ad generationis notitiam.

QUESTIO PRIMA.

Quaedam de Alteratione discutiantur.



Alteratio, sicut de generatione dicemus, disput. 5. *quest. 1. art. 2.* dupliciter fumi dicitur, vel in ratione actionis, quo sensu agens potest alterare subiectum, vel in ratione mutationis, quomodo subiectum mutari, & alterum fieri dicitur; in praesenti praecipue sumitur in ratione mutationis. Hoc pacto multipliciter sumitur etiam ab *Arif.*

pluribus in locis, ut inter alios dicitur *notat Arif. 1. gen. q. 2. 4.* Primo enim fumi potest pro quacunque mutatione, qua subiectum fit ad actionem, five accidentalem, five substantialem, quae acceptio est nimis impropria. Secundo, sumitur minus improprie pro quacunque scilicet accidentali mutatione. Tertio, proprie accipitur pro mutatione ad qualitatem tantum terminata, quaecunque sit illa, five intentionalis, ut species sensibiles, & intelligibiles, five spiritualis, ut intellectiones, five corporalis, ut albedo. Quarto, magis proprie capitur pro mutatione tendente ad corporalem qualitatem. Tandem propriissime sumitur pro mutatione ad contrarias qualitates generationis, & corruptionis disponentes, ut maxime sunt primae qualitates. Juxta varias hujusmodi acceptiones alterationis explicari possunt varia *Arif.* loca, in quibus quasi videtur sibi met contrarius, dum quodamque restringitur, quod tunc oportet ampliare apparet hoc nomen alterationis, & similiter dicitur potest quosio illa, ad omnia praedicta fit alteratio, vel solum ad qualitatem, & an ad omnes qualitates species, vel tantum ad aliquas; est enim questio de nomine. In praesenti quavis de ultima acceptioe principaliter sit fermo, ipsam tamen in ampliori quoque acceptioe scilicet propria, & magis propria considerabimus, dum multa, quae his significationibus sunt communia, declarabimus.

2 Alteratio dehniri solet cum *Arif. de gener. 2. 3.* quod sit, quando subiecto sensibili manente transformatur in ejus passivum, aut contrarium, aut mediis; & transformatur, fiat loco generis, significat enim mutationem in communi, aut saltem accidentalem; dicitur manente subiecto sensibili, ut denotetur subiectum alterationis, quod est corpus naturale, non materia prima, ut dicitur *est in Physic. disput. 3. q. 1.* additur in *ejus passivum*, ut et circumferatur terminus hujus mutationis, qui est qualitates sensibiles comprahense sub nomine passionis, quae adhuc vel erunt extrema contrarietatis, vel media inter extrema, unde non est verum, quod multum alteretur *Arif.* hic definit alterationem propriissime luptam, quae solum inter contraria intervientia generationis versatur; tum quia *Arif.* affert exemplum de figura; tum quia facit propositionem disjunctivam, ad cuius veritatem sufficit, ut una tantum pars veritetur, quare licet qualitates aliqua non sint contrariae, & activae mutuo se destruentes, si tamen verò dicantur passiones juxta explicationem traditam, *disput. 7. Log. q. 3. artic. 2.* quod scilicet sint aptae inferre passionem sensibiles, adhuc subiectum per illas haec alteratione alterari dicitur.

3 Haec alteratio differt a generatione substantialis multipliciter. Primo, & principaliter ex parte terminorum, à quibus provenit quae libet specificatio motus ex dictis *disput. 1. 3. Physic. q. 7. artic. 1.* generationis enim per se est ad substantiam, alteratio ad qualitatem. Secundo ex parte subiecti, nam subiectum alterationis semper est aliud quod ens incompletum essentialiter, ut est materia prima, & corpus pro altera parte; ad subiectum alterationis est ens completum, saltem ut tale subiectum est, quod addimus, quia etiam corpus pro altera parte est subiectum alterationis, sed ut sic non est incompletum essentialiter, sed ut habet potentiam ad qualitatem, & prout respicit aliam formam substantialem. Tertio, ex parte durationis assignari solet differentia, eo quod subiectum illius forma, quae non suspicit magis, & minus, nata est per se in inflanti introduci, qualitas verò quae est intensibilis, habetque contrarium, succellive acquiritur, sed de hoc infra, & *disput. 5. q. 1. art. 2.* Quarto, ratione finis, nam generatio est propter se, nec ad aliam mutationem ordinatur, alteratio verò ordinatur ad generationem, & est propter aliud; quod intelligi debet de alteratione corruptiva, & propriissime sumpta. De hac tamen distinctione alterationis à generatione plura dicemus contra *Thomam disput. 5. n. 2. 3.* & *leg.*

Ex hac ultima differentia oritur dubium, num scilicet si impossibilis esset generatio, impossibilis quoque foret alteratio. *Ruv. de gen. tract. 3. q. 1.* quem sequitur *Je. de S. Tho. hic*, & quamplures alii affirmant; imò *Ruv.* hoc etiam asserit respectu divinae omnipotentiae, nam si impossibilis non solum naturaliter, sed etiam de potentia Dei *Maffrii, & Bellari. De Generat. & Corrupt. Tom. III.*

absoluta esset generatio, impossibilis quoque esset alteratio inter contrarias.

4 Verum non apparet tanta necessitas, & connexio inter illas mutationes, ut si v. g. impossibile esset lignum corrumpi, impossibile foret calefieri, & calorem calefacere, quod patet ex *Arif. 1. Physic. 2. 4.* ubi arguens contra *Parmenidem*, & *Melissum* omnia esse unum afferentes, & consequenter negantes generationem, & corruptionem substantialem, reprehendit illos, quod istud unum impossibile posuerint; nam inquit, licet non possit totaliter loco moveri, poterat tamen partialiter, & etiam alterari, ergo per *Arif.* inter generationem, & alterationem non est talis necessaria connexio, aliter non rectè inferret consequentiam illam. Tum quia prius, ut prius, potest esse sine posteriori, ergo licet substantia ingenerabilis esset, & incorruptibilis, non sequitur necessario ex hoc ingenerabilitas, & incorruptibilitas qualitatum, solum accidentia illa ab extrinsecus esse incorruptibilia, quae sibi forma substantialis determinat ad sui conservationem, si tamen aliqua sibi determinat, reliqua verò possent adesse, & abesse à substantia. Tum quia finis primarius, & intrinsecus caloris non est producere ignem, vel carnem, aut aliquid aliud, sed solum calorem, respectu cuius est agens principale, at respectu ignis est solum instrumentum, & ad illum ordinatur ab agente principali, unde ignis generatio est caloris finis extrinsecus, ergo licet hic finis deliceret propter impossibilitatem generationis, non idcirco proprius finis caloris, qui est calefacere, cessaret, ergo poterit adhuc calefacere; assumptum patet, quia actiones à terminis primariis, & per se intentis specificantur, modo de qualitatibus non esset per se terminus alterationis, seu caloris calefactionis, sed quatuor etiam corruptiva (nam de perfectiva non est dubium, ut patet in *Coelis*, qui illuminantur, non opacitantur, & diaphaneitatem de novo recipiunt ut suo loco dicimus) esse totaliter ad generationem ordinata, non possit specificare alterationem, sicut instrumentum, & medium non specificant electionem, sed finis est, qui specificat; quare alteratio non est alteratioe disjunctiva, ambo enim habere eundem formalem terminum. Hoc voluit innuere *Scotus in 4. d. 6. quest. 5. D. & d. 12. q. 1.* ubi saepe replicat, quod accidens separatum potest alterare, & tamen ut sic non est instrumentum agentis principalis, cui sit conjunctum.

5 Dices, *Arif. 1. de gener. cap. 1. ait*, Quae propter se non sit possibile ex igne fieri aquam, neque ex aqua terram, neque ex aere ignem, neque ex molli durum, eadem autem ratio & de aliis; ergo ad impossibilitatem generationis secundum *Arif.* inferunt impossibilitates alterationis. Tum 2. alteratio proprie versatur inter contrarias qualitates mutuo se expellentes à subiecto, sed ista mutua expulsiō dicit ordinem essentialē ad expulsiōnem formae substantialis, ergo si ista expulsiō est impossibilis, etiam illa. Tum 3. ex hoc, quod *Caeli* sunt incorruptibiles, nequeunt alterari contrariis qualitibus, ergo idem eveniret in aliis substantiis, si essent incorruptibiles.

Respond. ad 1. expōnem *Ruv. Arif.* ubi arguere contra *Empedoclem* negantem generationem, & corruptionem in elementis, & potentem tam primas, quam secundas qualitates elementorum tanquam ipsorum passiones, ex quibus rectè dicitur *Arif.* quod si elementa non destruantur, nec qualitates corrumpuntur, quia passio est à subiecto inseparabilis; unde *Arif.* non loquitur absolute. Ad 2. disting. min. dicit, ordinem primarium negamus, secundarium concedimus, quare non est ordo essentialis, non enim expulsiō frigidis ordinatur ad expulsiōnem formae ligni à calore, sed ab igne, vel alio universalis agente, à calore verò, à quo essentialiter dependet, ordinatur ad introductiōnem alterius caloris. Ad 1. verum est de facto omne susceptivum contrarium corruptivum esse corruptibile, & idcirco rectè ex hoc, quod *Caeli* sunt incorruptibiles, arguimus non esse alterabiles, at de possibili non apparet manifesta implicancia, quod detur aliqua substantia de se incorruptibilis, quae tamen possit recipere contrarias qualitates, sicut modo quamplures docent qualitates has immediate recipi in materia prima, quae tamen est incorruptibilis, & alique substantiae dantur, quae sunt intrinsecus corruptibiles, tamen quia forma ipsarum tenaciter adhuc materiae, quamvis alterentur, non idcirco corrumpuntur, ut patet in adamante, & quibusdam aliis gemmis pretiosis.

6 Multipliciter dividit haec alteratio, ut est videre apud *Arist.* sed praecipue à *Thomam* in tres species dividitur, in simplicem alterationem, in intentionem, & in remissionem tanquam in tres species; simplex alteratio est productio totius qualitatis, intensio est productio qualitatis non totalis, sed aliam praesupponens eiusdem rationis, remissio est à majori qualitate ad minorem. Verum ista divisio nequit esse generis in species, nam prima duo non differunt essentialiter, cum motus non specificetur à termino à quo; nec tertia per se respicit minorem qualitatem in intensiōne tanquam